Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-554279-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-554279-p0002-5

15279.
24
1668, 19b

Q. D. B. V!

THESES JURIDICÆ.

De

SOLENNIBUS,

Permiſſu inclyti Ordinis Juridici in Electorali Academiâ Brandenburgicâ ad Oderam,

à

PRÆSIDE

CHRISTIANO Wildvogeln/

J. U. D.

&

Reſpondente

CAROLO ANDRÆA KRAUTT/

Hall. Sax:

ad ventilandum propoſitæ

die 3. Novembr. Anno 1668.

PRÆLO BECMANIANO.

Ad Exc: H. D. Gr

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-554279-p0003-1

QUICQUID. EST
EXIGUARUM. HARUM. PAGELLARUM.
ET.
QUICQUID. PRÆTEREA.
VEL.
OBSEQUII.
VEL.
SERVITIORUM.
A.
SUBIECTISSIMO. SUBDITO.
PROFICISCI. POTEST.
ID. OMNE.
SERENISSIMO. AC. POTENTISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.

DN. FRIDERICO VVILHELMO,

MARCHIONI. BRANDENBURGEN-
SI. SACRI. ROMANI. IMPERII. ARHICAMERARIO. ET.
ELECTORI. SUPREMO. BORUSSIÆ. PRINCIPI. MAGDEBURGI.
JULIÆ. CLIVIÆ. MONTIUM. STETINI. POMERANORUM. CASSUBIORUM. VANDALORUM. NEC. NON. IN. SILESIA. CROSNÆ. ET CARNOVIÆ. DUCI. BURGGRAFIO. NORINBERGENSI.
PRINCIPI. HALBERSTADIÆ. MINDÆ. ET. CAMINI. COMITI.
MARCÆ. ET. RAVENSBERG. DOMINO. RAVENSTEINI.
LEOBURGI. ET. BüTOVIÆ. ETC.

DOMINO. MEO. CLEMENTISSIMO.

SUBMISSA. DEVOTIONE.
CONSECRO.
SUÆ. SERENITATIS.
SUBIECTISSIMUS.
SERVUS.
CHRISTIANUS. Wild-
vogel. D.

QUOD CEDAT FELICITER!

THESIUM JURIDICARUM.

De

SOLENNIBUS

CAPUT I.

De

CAUSIS SOLENNIUM.

Th. I

CAuſas Solennium indagaturi, ab *Efficiente* initium faciamus, neceſſum eſt. Reperitur illa vel extra Contrahentes, vel in ipſis Contrahentibus aut alıud negotium agentibus. *Extra Contrahentes*, ſine dubio is ſolennitates actibus hominum imponere poteſt, cui poteſtas condendi legis competit. *(a)* *In Contrahentibus* ſunt illæ ipſæ perſonæ, quæ contractum mutuo conſenſu ineunt, hæ enim legem in contractibus obſervandam ſibi dicere poſſe, *(b)* niſi à ſuperiore prohibeantur, manifeſtum eſt.

(a) l. humanum eſſe 8. C. d. Leg. & Conſt. Princ.

(b) l. 1. §. ſi convenit. 6. ff. depoſ.

Th. II.

Materialis cauſa longiori indagatione non indiget, cum notum ſit: Solennia omnes hominum actiones circumſcribere poſſe.

Th. III.

Formalem cauſam dicimus illam ipſam ſingularitatem, quæ actibus hominum vel à Legibus vel ipſis agentibus eſt indita, & per quam illi actus ab aliis, qui eam non habent, ſunt diverſi.

 Th. IV.

Th. IV.

Finalem cauſam conſtituit tum utilitas & neceſſitas publica: tum privatum cujusque commodum, & ut certior eſſet contrahentium voluntas, illique arctius ad obſervantiam compellerentur. (*c*)

(*c*) D. Mevius *ad Jus Lubecenſ. lib. 3. tit. 6. art. 1. n. 1.*

CAPUT. II.

De

APPELLATIONE & DEFINITIONE SOLENNIUM.

Th. I.

SOlennia appellantur, quod ſola ſerventur, ſine quadam mutatione.

Th. II.

Quamvis etiã alio reſpectu ea vocentur ſolennia, quæ aliàs anniverſaria, quaſi ſolo anno redire conſueta, uti hoc modo ſolennia munera dicuntur (*d*) & ſolennes feriæ (*e*)

(*d*) *in l. cum plures 12. §. cum tutor. 3. ff. d. adm. tut.*

(*e*) *in l. 26. §. ſi feriæ. 7. ff. ex quib. cauſ. maj.*

Th. III.

Eodem in ſenſu accipimus hic Solenne quo ipſam Solennitatem, (*f*) licet in concreto ſumtum idipſum à Solennitate differat.

(*f*) *per l. divus 7. pr. d. reſt. in integr.*

Th. IV.

Definitur Solennitas: Obſervatio certa verborum, perſonarum, temporis, loci & modi præſcripti. vel potius:

Præſcriptio certa verborum, perſonarum, temporis, loci & modi à contrahentibus vel aliis obſervanda.

CAPUT III.

De

DIVISIONE SOLENNIUM.

Th. I.

PRincipalior Solennitatum diviſio eſt in Intrinſecam

cam & extrinſecam. Vocatur illa etiam ſubſtantialis, hæc accidentalis.

Th. II.

Intrinſeca eſt quæ ex medulla verborum in inſtrumento poſitorum, item ex viribus, ex Statu, ex habitudine, ex conditione & naturâ colligitur, *definiente Zaſio* [*a*] vel: quæ ineſt actui, illumque concomitatur legis diſpoſitione ex naturâ verborum absq; aliquo hominis facto; (*b*)

Th. III.

Et hæc iterum vel eſt *materialis*, ut in Emptione venditione pretium: vel *formalis*, ut Interrogatio & reſponſio in Stipulatione. (*c*)

Th. IV.

Extrinſeca ſolennitas eſt quædam cautio extranea, quæ extra conventionem enaſcitur, ſed propter conventionem, e.g. interventio Tutoris in contractu pupilli, renunciatio SCti vellejani, (*d*) vel (*e*) quæ eſt extra actum ipſum, & actus ſine ea in ſe ſtare poteſt.

Th. V.

Clarius utramque explicat Zaſius (*f*) & dicit: Solennitatem intrinſecam habere ſe ad modum Juris, Extrinſecam verò ad modum facti.

Th. VI.

Eſt & alia Solennitas *levis*, quæ citra grande præjudicium omitti poteſt, vel (*g*) quæ non eſt fundata in aliquâ urgente neceſſitate vel utilitate. Alia *gravis* quæ omiſſa multum obeſt. [*h*]

Th. VII.

Porro alia eſt ſolennitas, quæ actum antecedit; a-

(*a*) *in l. ſciendum. 30. ff. d. V. Obl. n. 7.*

(*b*) *ſecundum* Menoch. *lib. 3. præ. 132.*

(*c*) ex Maſcard. *d. probat. Vol. 3. concl. 1321. n. 8. ſeq.*

(*d*) *ſecundum* Zaſ. *in d. l. ſciendum, d. V. O.*

(*e*) *definiente* Menoch. *d. præſ. 132.*

(*f*) *in d. l. 30.*

[*g*] *ut* Bald. *in l. hac conſultiſſima. pr. C. qui teſt. fac. poſſ.* definit.

(*h*) *per l. cum hi. 8. §. ſi prætor. 17. ff. d. tranſact.*

dit; alia quæ in ipſo actu intervenit: alia quæ ſubſequitur.

Caput IV.
De
OBSERVATIONE SOLENNIUM
Th. I.

Obſervanda eſt ſolennitas præſcripta præciſè: Eaq; vel in antecedentibus actum, vel in actu ipſo, vel etiam poſt perfectum negotium: ad idem vel reparandum vel reſcindendum.

Th. II.

In *Præparatoriis* actus, & per quæ ad actum ipſum pervenitur, eadem Solennitas eſt adhibenda, quam quæ in ipſo negotio principali requiritur. *(a)*

Th. III.

In ipſo negotio quæ requiritur Solennitas ab actu ſeparari, aut ex poſt facto intercedere nequit. *(b)* Exemplum *(c)*

Th. IV.

Adeò verò Solennitatem, quæ à Jure pro formá actus requiritur, obſervare decet, ut ne quidem juramento ſuppleri poſſit. *(d)*

Th. V.

Porro Solennitas quæ requiritur in actu faciendo, requiritur etiam in eodem *reparando* *(e)* quod tamen non procedere limitat Gailius *(f)* ſi a Tyranno vel tempore belli ab hoſtibus Eccleſia, civitas &c. deſtructa ſit, tantum enim abeſſe, ut hæ ſua jura amittant, ut potius alio loco reſtauratæ, eadem retineant.

Th. VI.

Amplius eandem quoque Solennitatem in *ratificando* actu requiri tradunt *(g)* quod tamen ex dict.

[a] Schrad. *d. feud. part. 5. cap. 1. n. 14.* facit. *l. oratio.* 16. *ff. d. Sponſal.*

[b] *cap. auditis* 29. *X. d. elect. l. continuus.* 137. *ff. d. V. O. l. ex illo* 13. *C. d. appell.* Carpz. *p. 2 Juriſpr. for. Conſt.* 15. *def. 30.*

(c) *in l. obligari. 9. §. tutor. 5. ff. d. auct. tut. & in l. cum antiquitas. 28. C. d. teſtam.*

[d] Carpz. *p. 3. Conſt. 3. def. 24. n.* 6. per *l. Jus publicum* 38. *d. pact. l. nemo poteſt. 55. d. leg. 1. l. divus 7. d. reſt. in integr. cap. ſi diligenti.* 12. *X. d for. comp.*

[e] *per l. ſi ut proponis 7. C. d. nupt. ibiq;* Magnif. Dn. Brunnem. Schrad. *d. feud. part. 9. p. 2. princ. ſect. 14. n. 36.*

[f] *lib. 2. Obſ. 61. n. 5.*

(g) *per d. l. ſi ut proponis. 5. C. d. nupt.*

dict. leg. difficulter probari, author eſt Magnif. D. Brunnem. (*h*)

Th. VII.

In *declaratione* tamen alicujus actus non neceſſum eſt adhiberi easdem ſolennitates qvæ in diſpoſitione principali adfuerunt, quia declaratio nihil novi facit. [*i*]

Th. VIII.

Non minor quandoq; ad *reſolvendum* quam ad perficiendum actum adhibenda eſt Solennitas, (*k*) cum nihil tam ſit naturale quam eo genere quidque diſſolvere, quo colligatum eſt. (*l*)

Th. IX.

Generaliter autem circa Solennia obſervanda notandum eſt; eam Solennitatem ſemper attendi debere, quam fert conſuetudo vel Statutum illius loci ubi actus celebratur (*m*) Et hinc contractus ſecundum ſolennitates loci ritè celebratus, afficit bona etiam extra illum locum ſita, licet fortè major in eo Solennitas obſervetur. (*n*)

Th. X.

Quod autem pro regula communiter traditur: Superflua non vitiare actum (*o*) Idem quoque in Solennibus uſu venit, ut ſic Solennitates alias non requiſitæ haud noceant, licet etiam vitioſè & minus ſolenniter intervenerint, (*p*) quia non præſumitur quis elegiſſe viam, per quam ejus intentio impugnatur. (*q*)

CAPUT

[*h*] *cit. loc.*

[*i*] *l. heredes palam. 21. §. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ.*

[*k*] *Auth. econtra ſi filius familias. C. d. repud. l. 5. & 7. C. d. præd. min.*

(*l*) *l. prout. quidque 80. ff. de ſolut. l. nihil tam naturale. 35. ff. d. Reg. Jur.*

[*m*] *per l. 1. C. d. Emanc. lib. & l. ſi fundus. 6. ff. d. evict. l. 2. C. quemad. teſtam. aper. l. ſemper in ſtipulationibus. 34. d. R. J.* Carpz. *p. 3. Conſt. 6. def. 12.*

[*n*] Dn. Mevius *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 1. art. 16. n. 4.*

[*o*] *l. teſtamentum. 17. C. d. teſtam. l. 32. §. 6. ff. d. aur. leg. l. 26. in fin. d. adim. vel transfer. leg.*

[*p*] *l. heredes palam. 21. ff. d. teſtam.* Zaſius *in l. quæ extrinſecus. 65. ff. d. V. O, l. un. pr. C. d. rei ux, act.* [*q*] *l. ſi miles, 3. ff. d. teſt. mil.*

Caput V.
De
OMISSIONE SOLENNIUM.

Th. I.

OMiſſio Solennium à lege requiſitarum vitiat actum. [a] Quia hæc pro formâ ut plurimum requiruntur, quæ eſſe rei communicat. (b)

Th. II.

In tantum, ut etiamſi una ſaltem ex pluribus Solennitatibus fuerit neglecta, totus actus corruat (c) quo etiam pertinet præceptum divinum (d) nec addas quicquam nec minuas.

Th. III.

Nec Solennitatis defectus ullo tempore corrigi poſſit (e)

Th. IV.

Certis tamen in caſibus Omiſſio Solennitatis actum minimè vitiat, ut 1. ſi ſit ſolennitas modica, quæ fuit omiſſa (f) qualis tamen in genere requiſita non præſumitur [g] Minus ſi ſæpius eandem obſervandam jubeat vel lex vel conſuetudo, [h]

Th. V.

Aut. 2. Si coram Principe actus fuerit celebratus, ejus enim præſentia omnem ſollennitatem ſupplet. [i]

Th. VI.

Nec. 3. Ipſo Jure vitiatur actus ex omiſſione Solennium, quæ poſt perfectum demum negotium adhiberi juſſa ſunt, quia jam dum actus in ſe eſt perfectus: niſi fortè ope exceptionis eum aliquando impugnari poſſe dicamus. [k]

Th. VII.

Nec etiam 4. Omiſſionem Solennitatis contra-

ctam

(a) *l. cum hi 8. §. ſi Prætor. 17. ff. d. tranſact.*

[b] *l. Julianus 9. §. 3. in fin. ad exhib. l. 4. C. d. Jur. fiſci.*

[c] *cap. cũ dilecta 22. X. d. reſcript.*

[d] Deuter. *cap.* 12.

[e] facit *l. 4. §. condemnatum. 6. ff. de re jud.*

[f] *in l. fin. §. 1. C. d. Jur. delib. l. 1. § fin. ff. d. ventr. inſp.* Scotan. *Ex. Jurid. t. d. Jur. delib.*

[g] Gothofr. *ad d. l. 1. ff. d. ventr. inſp. n.* 59.

[h] Barboſ. *lib.* 17. *c.* 27. *Ax.* 1. *lim,* 1.

[i] *l. omnium 19. C. d. teſtam.*

[k] *per l. univerſa. 4. C. d. prec. Imp. offer.*

ctum in conſcientiá vitiare, notat. Arnold. Reyger (*l*) Sed hoc juxta principia Dn. Struvii (*m*) aſſerere veremur.

Th. VIII.

Si quoque (5.) Solennitas requiſita tendat ad certum finem, isque etiam ſine illa haberi poſſit, tutó omitti poteſt. (*n*) Hoc igitur caſu formam per æquipollens ſuppleri ſufficit.

Th. IX.

Quod ſi item, (6) actus in favorem alicujus certam Solennitatem deſideret, licet aliàs eâ neglectâ actus corruat, ſi tamen conſentiat is, cujus favore illa forma introducta eſt, omninò valere debet (*o*.)

Th. X.

Eſt & (7) actus ſervandus, licet Solennitas ſit omiſſa, quoties is illi, in cujus favorem Solennitas adinventa eſt, non ſit nocivus ſed lucroſus. [*p*]

Th. XI.

Ad Omiſſionem quoq; Solennium pertinet, quod, in levioribus quidem, inde ſuſpicio fraudis inducatur, (*q*)

[*l*] *Theſ. Jur. verb. Solennitas. n. 13.*

(*m*) *Syntag. Ex. l. th. 58. & Ex. 11. th. 14.*

[*n*] Freundeb. *d. reſcr. morat. tit. 8. concl. 49. n. 186.*

[*o*] Dn. Brunnem. *in l. neq; tutoris 7. C. d. contr. & com. ſtip. & per l. non eo minus 14. C. d. procurat.*

[*p*] Dn. Brunnem. *in l. non eo minus 14. C. d. procur per l. quod favore. 6. C. d. LL.*

(*q*) *per l. quemadmodum. 7. in fin. C. d. agr. & cenſ. lib. 11. cap. qui contra. 20. X. d. elect.*

Caput VI.

De REMISSIONE SOLENNIUM.

Th. I.

Solennia quæ ipſi Contrahentes ſibi obſervanda impoſuere, ab illis iterum remitti poſſunt. In ea verò Solennitate, quam lex ad actum requirit, & ex ejus defectu negotium nullum eſſe judicat, conſenſus partium nihil operatur [*a*]

[*a*] *cap. diſpendia. 3. d. reſcr. in 6to. DD. in cap. dilecto. 25. X. de præb.*

Th. II.

Remittuntur autem quandoque Solennia vel à Principe, vel ab ipſo Jure, *A Principè* remittuntur non ſolùm *tacite*, in iis quæ coram ipſo præſente peraguntur [*b*] ſed & *expreſſe:* quo tamē in caſu ſi plures Solemnitates ad actum requirantur, & Princeps unam remiſerit, aliæ non cenſentur remiſſæ, ſed adhuc impleri debent (*c*).

(*b*) *ſupr. cap. 5. th. 3.*

[*c*] Dn. Richter. *Reg. Jur.* 83. *n.* 3.

Th. III.

Ab ipſo Jure remittuntur nonnunquam Solennia, & [i] quidem, ob certum perſonarum favorem, uti in teſtamento Parentum inter liberos (*d*) item ruſticorum, quorum ultimis voluntatibus leges ſolennitates detraxerunt, (*e*) ut & militis, [*f*] quò etiam, ratione contractuum, referuntur Mercatores, quibus apices Juris in plurimis remiſſæ ſunt, (*g*) (2) ob difficultatem quæ aliàs leges ſolvere conſuevit, ut in teſtamento peſtis tempore condito, modo difficultas probari poſſit aut notoria ſit, ne quid in fraudem legis eo prætextu perpetretur.

[*d*] *l. 26. & Auth. ſi modo C. fam. erciſc.*
(*e*) *l. 8. l. fin. C. d. teſtam.*
(*f*) *t. t. ff. & C. d. teſtam. milit.*
(*g*) *qua de re Marquard. d. Jur Mercat. & alii DD.*

Th. IV.

Extra tamen caſus in Jure expreſſos nil quicquam de Remiſſione Solennium uni vel alteri faciendá temerè eſt comminiſcendum. [*h*]

(*h*) Carpz. *part.* 2 *C. 14. def.* 15.

Caput VII.

De PRÆSUMTIONE SOLENNIUM

Th. I.

In genere notandum, quod Solennitas requiſita vel in ipſo actu, vel ante actum celebrandum, in dubio

dubio cenſeatur eſſe formalis & ſubſtantialis. [a)

Th. II.

Intrinſeca Solennitas ſemper præſumitur interveniſſe ex naturâ actus & verbis in inſtrumento poſitis, [b] adeoque qui allegat defectum hujus ſolennitatis eundem probare debet, quà de re eleganter Carpzov. (c]

Th. III.

Quod ſi tamen 1. Solennitas illa ſubſtantialis juſtitiam tituli reſpiciat, ne quidem ex diuturnitate temporis eandem præſumi ex DD. annotat Reyger. (d)

Th. IV.

Si item 2. qualitas actus ex loco & tempore repugnet, ut non ſit probabile eam interveniſſe, ceſſat hæc præſumtio pro Solennitate. [e]

Th. V.

Aut. 3. Verba quæ aliàs Solennitatem intrinſecam denotant, repugnent naturæ actus, e. g. verbum promitto in contractu permutationis. (f)

Th. VI.

Item ſi 4 lex vel Statutum eas Solennitates intrinſecas expreſsè probari velit. (g)

Th. VII.

Itidemque ſi 5. lex aut ſtatutum talia ſolennia pro forma eſſentiali requirat e. g. heredis inſtitutionem in teſtamento. Eſſet enim hoc præſumere factum, non Solennitatem facti. (h)

Th. VIII.

Accipienda autem ſunt hæc omnia de Solennitate intrinſeca formali, In materiali verò tradit Maſcard. [i] eam non præſumi, ſi ſc. de hac ipsâ principali

(a) Schrad. *de feud. p.* 10. *Sect.* 8. *n.* 41. *Vid. & ſupr. cap.* 5. *th.* 2.

(b) §. *ſi ſcriptum.* 17. *J. d. inut. ſtip. l. juris gentium.* 7. §. *quod fere.* 12. *ff. d. pact. c.* 1. *d. cler. per ſalt. prom. l. ſciendum.* 30. *ff. d. V. O. l.* 5. §. 1. *d. probat. l.* 1. *C. d. emanc. lib.*

(c) *part.* 2. *C.* 11. *def.* 32.

(d) *theſ. Jur. verb. ſolennitas n.* 16.

(e) Maſcard. *d. prob. concl.* 1321. *n.* 15.

(f) Maſc. *d. l. n.* 14. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 132. *n.* 24.

(g) Maſc. *d. l. n.* 16. Menoch. *d. præſ.* 132. *n.* 26.

(h) Maſc. *d. concl. n.* 18. Menoch. *d. l. n.* 27.

(i) *concl.* 1321. *n.* 8. *& ſeqq.*

cipali

cipaliter controverſia moveatur quia hæ ſolenni-tates ſemper variant, (k)

Th. IX.

Solennitas extrinſeca non præſumitur [l) ideoque ea omiſſa inſtrumentum vel alium actum vitiat.

Th. X.

Quę tamen aſſertio varias patitur limitationes, utpote 1. ſi de omiſſa ſolennitate illâ non opponatur ab altera parte. (m]

Th. XI.

In geſtis quoque 2. à Judice ſolennitas extrinſeca adhibita præſumitur (n) qua tamen in re diſtinctiones quaſdam ponit Menoch. (o)

Th. XII.

Quod idem & in Arbitro procedere vult Socin. (p) apud Barboſam. (q)

Th. XIII.

Magis igitur 3. Si decretum Judicis de ſolennitatibus adhibitis intervenerit. (r)

Th. XIV.

Ut & 4. Juramentum, quo inter veniente, omnia ſolenniter facta præſumuntur. (ſ)

Th. XV.

Item 5. Si Solennitas extrinſeca intervenire poterat tempore confecti inſtrumenti, reipſa interveniſſe præſumitur. (t)

Th. XVI.

Et quando 6. alter contrahentium prius totum contractum vel actum negavit, per teſtes autem contrarium fuerit obtentum, tunc, licet idem extrinſecas actûs Solennitates negare audeat, in pœnam tamen mendacij etiam pro his præſumitur. (u)

Th. XVI

(k) *d. l. n. 11.*

(l) *cap. Significaverunt. 36. X. d. teſtibus.*

(m) *per cap. ea noſcitur. 6. X. d. his qv. fi. à præl.* Matth. Matthesil. *ſingul.* 12.

(n) *l. & ſi Præſes 5. C. d. præd. min. l. 1. in fin. pr. ff. d. reb. eor. l. ab ea parte. 5. §. 1. d. prob. cap. ſicut nobis.* 16. X. *d. ſent. & re jud.*

(o) *lib. 2. præſ. 68. & 75.*

(p) *fallent. reg. 463.*

(q) *lib. 17. cap. 37. ax. 3. lim. 5.*

(r) Barboſ. *d. l. lim. 4.*

(ſ) Barboſ. Maſc. Menoch. *cit. loc.*

(t) Zaſ. *in l. ſciendum. 30. ff. d. V. O. n. 25.*

(u) *per l. ſi dubitet. 10. §. 1. ff. d. fidejuſſ. Auth. item poſſeſſor. C. qui pot. in pign.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-554279-p0014-2

Th. XVII.

Porro 7. *Si* ſit aſſidua & frequens conſuetudo obſervandi iſta *S*olennia extrinſeca, pro iisdem quoque præſumitur *(x)* Rationem ponunt DD. *(y)* Contrarius tamen eſt Menoch. *(z)* *S*ed Maſcard: *(aa)* contrarias opiniones conciliare laborat diſtinctione (1) inter actus majoris & minoris præjudicii (2) inter geſta à viro ſagaciori & minus provido.

Th. XIIX.

*S*ic & (8) una clauſula facere poteſt, ut ex illâ de totius contractus *S*olennitate extrinſeca præſumatur. *(bb)*

Th. XIX.

*S*olennitas quoque, (9) tacita, quæ ſub expreſſâ continetur, probatâ hac, etiam probata cenſetur, *(cc)* e.g. probato examine Doctoris publico, etiam privatum præſumitur.

Th. XX.

Diuturnitas (10) temporis, cum quâ ſcientia & patientia alterius concurrit, cauſa eſt, ut pro ſolennitatibus extrinſecis præſumatur, *(dd)* quantum verò tempus ſufficiat, id relatis multorum opinionibus Judicis arbitrio reliquit Menoch. *(ee)*

Th. XXI.

Quod ipſum tamen non procedere, ſi adverſarius ſe offerat probaturus defectum illarum *S*olennitatum *(ff)* aut aliâs clarè conſtet ſolennitates defeciſſe, author eſt Zaſius *(gg)*

(x) arg. l. quod ſi nolit. 31. §. qui aſſidua. 20. ff. d. ædil. edict.
(y) in l. 3. & ſeqq. ff. d. LL.
(z) d. præſ. 132. n. 32.
(aa) concl. 1322. n. 25. & ſeqq.
(bb) Menoch. d. præſ. n. 43.
(cc) Menoch. d. l. n. 41.
(dd) per l. ſi filius familias 10. C. d. pet. hered. l. qui in aliena. 6. §. Sed & ſi. 3. ff. d. acqu. hered.
(ee) d. præſ. n. 66.
(ff) l. optimam. 14. C. d. contr. & commit. ſtip.
(gg) in d. l. ſciendum. d. V. O. n. 18.

Th. XXII.

Sed & alias quaſdam limitationes patitur ultimum hoc de præſumtione ex temporis diuturnitate aſſertum. Quid enim ſi ſolennitas ſit contra Jus commune? aut inſtrumentũ ipſum in quo ſolennitates enunciatæ ſunt, fidem nullam faciat? aut agatur de pœnâ committenda? aut tertii, vel alio magno præjudicio? aut alia efficacior præſumtio obſtet? aut contra minorem agatur? aut probatio ſolennitatis in vim conditionis requiratur? aut ipſa ſolennitas tempore actûs intervenire non potuerit? Omnibus hiſce caſibus ne quidem ex diuturnitate temporis Solennitates extrinſecas præſumi interveniſſe, pluribus docent Menoch (*hh*) & Maſc (*ii*)

(*hh*) *lib. 3. præſ. 132. à n. 67. usq; ad fin.*

(*ii*) *concl.* 1323. *Vol. 3. à n. 25. usq; ad n.* 41.

Th. XXIII.

Quocunque vero caſu Solennitas extrinſeca præſumatur, allegari tamen debet (kk)

(*kk*) *ſecundum eundem* Menoch. *lib. 1. præſ. 48. n. 18.*

Caput VIII.

De

PROBATIONE SOLENNIUM

Th. I.

PRobatur omiſſio Solennitatis extrinſecæ eo ipſo, quod non adſcripta reperitur in Inſtrumento. (*a*)

(*a*) Klock. *Vol. 1. conſ. 35. n. 70.*

Th. II.

Aliàs verò defectum illorum Solennium quæ regulariter interveniſſe præſumuntur is probat, qũi in eo ſe fundat, (*b*)

(*b*) *ſecuudum ſuperius tradita cap. 7. th. 2.*

Th. III.

Th. III.

In probatione Solennitatis, quæ non probabile eſt interveniſſe actui, non creditur aſſertioni Judicis aut Notarii. *(c)*

Th. IV.

Solennitas etiam intrinſeca, licet regulariter præſumatur, admittit tamen probationem in contrarium *(d)* quam probationem per teſtes fieri debere concludit Maſc. *(e)*

Th. V.

Sed hæc probatio in contrarium non admittitur, ſi lex fingat tantum ſolennitates adhibitas eſſe *(f)* Fictio enim pro veritate habetur. (g)

TANTUM.

(*c*) *per cap. 1. X. d. reb. Eccl. alien.*

(*d*) Maſc. *concl.* 1321. *n.* 20. Menoch. *lib. 3. præſ.* 132. *n.* 21.

(*e*) *d. l. n.* 22.

(*f*) *ut in l. 1. §. 1. C. d. rei ux. act. & l. cum oſtendimus. 4. §. fin. ff. d. fidei. & nomin.*

(g) Maſcard. *d. l. n.* 24. *& ſeq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-554279-p0019-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-554279-p0020-5

ULB Halle 3
003 060 411

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-554279-p0021-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-554279-p0022-6

15279.
1.
24
1668, 19b

Q. D. B. V!

THESES JURIDICÆ.

De SOLENNIBUS,

Permiſſu inclyti Ordinis Juridici in Electorali Academiâ Brandenburgicâ ad Oderam,

à

PRÆSIDE

CHRISTIANO Wildvogeln/

J. U. D.

&

Reſpondente

CAROLO ANDRÆA KRAUTT/

Hall. Sax:

ad ventilandum propoſitæ

die 3. Novembr. Anno 1668.

PRÆLO BECMANIANO.

Hr Exc: H D. Gr

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-554279-p0023-2